

2707

C O D I C E S

2708

tokuzelnicy, qui rebus sacris ad magiam abutuntur, Nawazaczowe, qui Ligaturas seu Amuleta usurpant, Ptakopravczy, Aruspices, Hadaczowe, Conjectores. Tantum series juncturaque pollet.

DCCXXXVII.

- 769 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 239. 8. non una manu exaratus et ipse Sermones sacros continet hoc Titulo: *Libellus Anthonij Baccalaurei de natione (Bohemica?) Sermones super epistolarum particulas ab aduentu usque Trinitatis. Initium a Dominica prima in aduentu. Hora est iam. Iam ex dono dei bodie inchoamus tempus nouum &c. Nomen Wenc. Rossii non reperio, quamvis suspicer hunc etiam Codicem Homileticae ejus Supellestilis partem fecisse. Totus Glossis Bobemicis scatet, quarum unica fere gratia, ut tot ei similes, mentionem meretur.*

DCCXXXVIII — XLIII.

- 770 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 448. 8. non una manu exaratus, ejusdem cum praecedentibus argumenti. Idem dic de Codicibus DCCXXXIX — XLIII. quibus adeo immorari operae pretium non est.

DCCXLIV.

- 779 Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 142. 8. a diversis

congestus Varia complectitur *Annotata ad usum potissimum Homileticum et Hermeneuticum non magni momenti. Fol. 101. Argumenta pro Purgatorio edifferuntur, hoc ingressu: Quod locus purgatorij post hanc vitam sit ex dictis saluatoris claret dicentis Matth. 12. Quicumque dixerit verbum contra filium &c. Fol. 137. Elenchus Virtutum et Vitiatorum textitur lingua lat. et bohemica, unde de Codicis Patria statues.*

DCCXLV.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 309. 8. lectus est e Schedis *Wenc. Rossae* Sacerdotis *Bobemi* continentibus primas sacrarum Dictionum *Lineas* pro diversis Dominicis et aliis festis diebus.

DCCXLVI.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 317. 8. ejusdem generis *Aerxava* ad eundem *Rossam* olim pertinentia complectitur.

DCCXLVII.

Codex chartaceus lat. Sec. XV. et XVI. Folior. 212. 8. nihil ablu dit a praecedentibus duobus, quibuscum vix memorari meretur, nisi quis Glossulas *Bobemicas* hinc et inde illis insperfas respicere velit, aut *Diploma Georgii Regis* a. regni quarto 1461. germanice datum *Gorliczensibus*, quo illis